



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 187. Ebroicum denuo Anglis ereptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

runt. Talbotus exercitus Anglici Præ-Sæcul. XV.
fectus, & Dux Eboracensis quinta jam A.C. 1441.
vice in urbem commeatum introduxerant,
sed Galli iterata ac validissima irruptione
urbem oppugnantes, tandem post trime-
stris obsidionis labores toto impetu locum
tribus ex partibus premunt, & conflictu
ad duas horas cum dimidia invicte pro-
tracto tam ingentem hostium cædem fa-
ciunt, ut Angli terga vertere coacti
fuerint, suorum octingentis & amplius de-
sideratis, & quadringentis Victorum ar-
bitrio se deditibus. Ipse Rex stricto
gladio & insigni fortitudinis exemplo ac-
currens, murum conscendit, atque urbis
portas cepit, cumque de parta victoria
certus esset, primas eo curas intendit, ut
legum severitate urbis deprædationem
impediret, & civium incolumitati, re-
pressa militis insolentia, consulere. Do-
minus de Jalongnes, cum bellicam suam
virtutem in hac obsidione comprobasset,
sibi Franciæ Marecalli honorem prome-
ruit. Dies erat decima nona Septem-
bris, qua Galli decretorio hoc assultu Pon-
tisaram occuparunt.

§. CLXXXVII.

Ebroicum denuo Anglis ereptum.

Quinta decima ejusdem Mensis die
Tt 5 Joan-

Sæcul. XV. A.C. 1441. Joannes Floquetius Conchi urbis Gu-
bernator rursus Ebroicum Anglorum
imperio subtraxit. Bellica hac expedi-
tione prospere confecta, Carolus Gallia-
rum Rex Lutetiam Parisiorum venit, ubi
Carolus Andegavensis Regis Siciliæ fi-
lius Mense Octobri Regi Franciæ sacra-
mentum dixit, ut Cenomanensem Co-
mitatum, quem ei Renatus natu ma-
jor frater & Siciliæ Rex in partem
hæreditariæ, ac Paternæ successione re-
liquerat, clientelari nomine possideret.
Peractis hisce solemnibus Carolus Parisiis
morabatur, donec hyems appeteret, ubi
comitante eum Delphino, Britanniam,
Pictavium, & Santonam migravit, ut ha-
scæ Regiones lustraret, subditorum mis-
eriis levamen afferret, simulque militum
petulantiam compesceret, & quorundam,
qui in hisce Provinciis erant, Nobilium
violentias cohiberet. Hoc eodem anno
Richemundio Comiti, & Franciæ Con-
nestabili fati erepta est uxor, quam Lu-
dovico Aquitanniæ Duci, & Caroli VI.
Filio antea junctam matrimonio sibi co-
pulaverat.

§. CLXXXVIII.

*Liber de imitatione Christi hoc anno
a Thoma Kempensi compositus.*

Historicorum opinio est, Thomam a Kemp-
pis